UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs & exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium similitudinibus conscripta ...

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

Consensus Adm. R. P. Provincialis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

Visual Library

Commiſſio Reverendiſ. P. Generalis.

ADm. R. P. Provincialis. Librum quem mihi examinandum & approbandum obtulit R. P. Prior Moſacanus inſcriptum Symbola Trinitatis Tuæ induſtriæ examinandum & approbandum committo. Laudo viri laborem & ſingularem devotionem, quam erga SSS. Trinitatem gerere dignoſcitur: ſimulque opto ut ex hoc labore amor, & cultus ſummi myſterij in cordibus fratrum ſacri ordinis noſtri omniumq; fidelium ſuccreſcat. Datum in viſitatione noſtra Domûs Bruggenſis Anno 1663. 10. Septembris.

F. Nicolaus de Hanneffe
Magiſter Generalis Ord. S. Crucis.

Conſenſus Adm. R. P. Provincialis.

EX commiſſione Reverendiſſimi Patris Nicolai de Hanneſſe Generalis totius Ord. S. Crucis examinavi, & a viris doctis diligenter examinari feci librum intitulatum Symbola Trinitatis, Authore Adm. R. P. Theodoro Candido in Provinciâ noſtrâ Moſaci Priore ac Scholarum ibidem Præfecto: & cùm ea quæ liber continet utilia, ac luce digna examinatoribus ſint viſa, ut pote, quod Creatorem per ea quæ facta ſunt, intellectum doceat conſpici, ac Trinitatem intelligi, qualiter ejuſdem in Creaturis appareat imago vel veſtigium. Hinc in prælum, ſuppoſitâ, ut juris eſt, approbatione D. Cenſoris conſentio. Datum Ruræmundæ 18 Septembris 1663.

F. Guilielmus Beeck
S. T. B. Ord. S. Crucis per tractum Moſæ Provincialis, ac Domûs Bruggenſis Prior &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN